



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Ad Arethusam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

ERIDANORVM

v E Venerē in choreis post hac quæratis amantes.  
Liquit amor choreas, liquit et ipsa Venus.  
In templis Venerem, in templis quæratis amorem,  
Templa Venus sequitur, templa frequentat amor.  
Hic lœna, at dextra hæc astat tibi Chloris ad aram.  
Ex oculisq; parant tela facesq; tuis.  
Alter a cōdente m suāendit lampada, quali  
vrat et ipsa homines, urat et ipsa deos.  
Alter et hamatus struat ære rigente sagittas,  
Insidiasq; deum, perniciemq; hominum.  
A templis moneo iuuenes arcete puellam,  
Præda iuimat, Chloris præda petenda Ioui est.  
Hei mihi quid monui, templis discedite amantes.  
En agitat cupidos Chloris in arma deos.  
Dum certant, ego te solus spectemq; fruarq;  
Surripiam labris oscula operta tuis.  
Dum pugnant, latus usq; tuum formosa tuebor,  
Summoueamq; homines, summoueamq; Deos.  
Aut amor ipse suis potius te contegit alis,  
Inuideat formæ nequa puella tuæ.

AD ARETHVSAM.

i Nnueras, meminiq; oculis Arethusa uocabas,  
Ex oculisq; animi pignora certa dabas.  
Nunc renuis male sana, senemq; grauaris amantem,  
Non è flore seges, pomaq; lecta iuuant,  
Sed matura iuuant. dos est hæc certa senectæ,  
Flos brevis est, fructus aura senilis alit.  
Aura senis geniale bonum, et sine lite uoluptas.  
Illecebris iuuenium fraus adoperta lateo.

In modo parce seni, moueatq; Aurora senili  
Iunctatoro, thalamis lœta puella senis.

## AD THELESI NAM.

e T faciem Thelesina cole, & cole dia capillum,  
Et cole florentis arte decente genas.  
Et pectus formosa cole, insignemq; papillam,  
Planta quoq; extremi sit tibi culta pedis.  
Quæ nisi culta iuvant? culti laudantur agelli,  
Gemma quoq; in digitis non nisi culta placet.  
Et cultu lœtatur honos, & gloria cultu,  
Nec nisi de cultu laus sua cuiq; uenit.  
Templa placent superis multo quæ compcta paratu.  
Ornatum præ se sydera & ipsa ferunt.  
Rustica simplicitas sibi sit tu lux mea cultum  
Vsq; foue, & formæ sedula confer opem.

## AD AMBROSIAM.

s Parsisti Ambrosia Ambrosiam p labra, meisq;  
Suxisti e labris Ambrosia Ambrosiam.  
Suania tunc etenim sunt sua via, mutua cum sunt,  
Et dant, & capiunt mutua qui faciunt.  
Ambrosiam diffunde, dedi cum basia, fuge  
Cum capis alternis Ambrosia Ambrosiam.  
Sua via sic & erunt tibi basia nostra, mihiq;  
Et tua, & Ambrosia stillet uterq; sua.

## AD P. Summontium virum elegantissimum.